



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Tria sunt iuxta D. Ioannem Thaulerum ad proficiendum spiritu necessaria.
Cap. LXX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

- P.** Patienter fertio quicquid tibi aduenerit aduersi, siue id à Deo, siue ab hominibus, siue ab alia quavis creatura illatum fuerit, pro diuini beneplaciti amore, & in peccatorum tuorum pœnitentiam id assume.
- Q.** Quicquid præter simplicem necessitatem naturæ se ingerit, tam in cibo quam potu, aliave quacunq; re, hoc tibi abstrahe, & consolationes omnes quæ sunt extra Deum fuge.
- R.** Remitte omnes iniurias aut molestias ex corde ijs qui te offenderunt, vt neque verbo, neque cogitatione in te appetitus vindictæ refideat, quo minus eos diligas ac beneficias.
- S.** Serua ad omnes homines sine dolo ac fitione veritatem & fidem.
- T.** Tentationibus carnis, mundi atque diaboli viriliter resiste.
- V.** Voluntatem in te propriam perseguere, & radicitus eandem in te stude mortificare, Deoq; strenuè inhære.
- X.** Christi vitam ac passionem imitandam, & quam dissimilis huic sis exemplari, continuè meditare, omnib; conatu quantopere vales ei conformari stude.
- Y.** Indefinenter beatam Mariam pro impetranda tibi gratia, quæ ad hæc prædicta seruanda est necessaria, inuoca.
- Z.** Zelare Dei honorem præ omnibus, & hominem tuum tam internum quam externum sic cohibe, vt subditus Deo acquiescas, pacemq; habeas in omnibus quæ circa te, aut alias quascunq; creaturas ille fieri permittit.
Et vt sine murmure aut contradictione hæc à te seruetur lectio, bona te voluntate alacrem ac promptum semper exhibe.

*Tria sunt iuxta D. Ioannem Thaulerum ad proficiendum
spiritu vtilia.*

CAPVT LXX.

Primum: Deum eiusq; gloriam ac beneplacitum teipso relicto, voluntateq; propria posthabita ac contempta, purè ac simpliciter in omnibus intende ac quære. Secundum: In omni actione & egressione tua teipsum vigilanter obserua, introspiciens in teipsum & expendens quam nihil sis. Nec à teipso recedas, sed cognoscas quid tractes, & quid in te versetur, quid etiam moueat te, & quare, vt aduertas ad quid ex intimo cordis mouearis. Tertium: Non occupes animum tuum rebus aut curis alienis, id est, quæ tibi commissæ non sunt, nihilq; iudices aut discutias sed omnia tibi stent aut transeant, vt sunt in suo esse vel in seipfis. Quod bonum est maneat bonum, quod malum est sit malum, sed non iudicetur. Intrauertas te igitur & maneat intra teipsum, auscultans quid intra te sibi loquatur Deus, & illi semper adhareas.

Duo alia eximia.

CAPVT LXXI.

Primū est, vt in veritate paruus & nihil sis in oculis tuis, siue interiora siue exteriora tua respicias, & ita semper sine glossa & sine simulatione ex animo te nihil pendas.
Alterum, vt veram ac puram studeas semper in te habere & exercere charitatem non amore illo sensibili contentus quo afficimur ad Deū & ad creaturas, sed nudā, simplici, verāq; charitate diligas, qua ex intimo animæ tuæ quæras ac intendas Deum solum.